

Appendix. — Europa Nro. 22.

## Regnum Mortuorum.

Litterae familiares Vivos inter et Mortuos.

*Götz Berlichingen* cum ferrea manu ad quemdam Districtum Equestris Ordinis in Germania.

*In Elisio 26. Februarii 1806.*

Viri nobiles, et fortes, legi ego, et audivi omnia ex descendentibus meis, qui in has aeternae quietis regiones advenerunt, quid vobis in mundo actum. Coelum et terra! quo devenistis? Numquid non habebatis Götz Berlichingen inter vos? Annon ego saepius etiam contra fortis pagnam? Annon Coloni me ducem delegerunt? Eram ego a natura miles, ideo constanter in armis me esse oportuit; causa erat cor meum nobile, et heroicum; eram enim Nobilis, seu Eques germanus, et qua talem domi otiosi, et ad fornacem sedere me puduit. — Maluissem Diabolum ex inferno pellere.

Plane et id audivi, quod unus Scribifax ex historia vitae meae comaediam fecerit. Dum ego hanc legissem, ita mecum; homo hic multa mentitur; sed ex altera parte dicebam, eum habere rectum, quia hac ratione mei memoriam in mundo renovavit; nam secus nec Gallus de me contasset.

Non poteram non gaudere, dum statum equestrem in Imperio germanico florentem vidi; retinuit is speciem quamdam summae potestatis sub Imperatoribus. Omnes Episcopatus, et Praebendae Ecclesiasticae patebant eis, ubi familia, quae nonnihil decedit, materiam regenerationis reperit. Omnes fundationes, et officia praecipua erant Equitibus callata. Beata tempora! tunc erat operae pretium, esse Equitem germanicum. Sed disparuerunt hae beatitudines, et regnum equitum non est amplius de mundo germanico; quid nunc agendum?

Profecto solatium erat videre talem unum Equitem Germanicum, qui in aliquod Capitulum bonni virtutes suas, et scientias pro dote tulit, per electionem plane ad Aepiscopatum, et dignitatem unius Electoris, Regnantisque Principis eluctari, qualiter eidem reliqui saeculares Principes homagia sua detulerint, quia rebus Germaniae magnum pondus addere potuit; Quomodo ipsi Imperatores eum co-

luerint; quantas provincias rexit; qualiter Equitibus et amicis suis Bona in feudum contulerit, et statui equestri succurrere potuerit. Grata recordatio, quam ingrata es nunc!

Sed non ita! adhuc patet vobis vastus gloriae campus. Facti quidem estis Vasalli Principum, Ducum, et Regum, semper tamen adhuc estis pars nobilior populi; sed nunc aliter vos gerere oportet, si in regnis, quibus incorporati estis, figuram ludere vultis.

Eram quidem ego homo truculentus, et inquietus; eram terror vicinorum, strenuus, et ferus; verbo eram Götz Berlichingen cum ferrea manu. In campis Germaniae perdidit manum. curavi mihi ferream, ad probandum, me fortiosem, quam ante, evasisse. Ex una expeditione rui in aliam, pugnabam modo hic, modo illic, sed ignarus cur, aut pro quo? Erat tunc mos equestris, continuo pugnare, in hoc posita erat gloria. Armatus populus me lubeas sequebatur, et ad vocem meam totus districtus erat in armis.

Jam nunc alia est rerum facies, et haec amplius non currunt; nunc Nobilem, seu virum equestrem non decet esse bardiam, et ferocem, sed cultum, et generosum. Hoc est, chari fratres, quod vobis dicere volebam; estote memores gloriae Antenatorum nostrorum. — Haec scribit vobis, Amicus et commilito Vester-Götz de Berlichingen cum ferrea manu. — Nunc vado ad cursorem Cabineti *Mercurium*, et legam, quae apud vos in mundo fiant.

*Veselae de 24. Febr.* Propraefectus Circuli Cliviensis, qua Commissarius Caesareus pro occupanda urbe Veselae cum appertinentiis, praemissa cum Generale Commendante 25. Divisionis Militaris D. *Laurent*, velut altero Commissario Caesareo consultatione, sequentem ad habitatores urbis Veselae publicari jussit Proclamationem.

Habitatores Veselae! Organicum Senatus consultum, quod legi audiistis, desiguit inalterabiliter sortem vestram. Patres populi gallicani adoptarunt vos in filios, et Princeps Regnans jubet vos in magnam familiam felicium suorum subditorum assumi; In nomine igitur omnium Monarcharum maximi, in Nomine Suae Majestatis *Napoleonis I.* Imperatoris Gallorum, Regis Italiae, et Protectoris Rhenani Foederis, proclamo ego sollemniter, vos cum Gallia conjunctos esse.

Felicis sub regimine Suae Caesareae Serenitatis Magni Ducis Montani, Principis justae ac benigni, et virtutibus non minus, quam factis heroicis illustris, non potestis nec debetis unquam memoriam ejusdem e cordibus Vestris dimittere. Si vos conclusa Divinae providentiae hodie a ditionibus ejusdem avellunt, nequaquam id fit ideo, ut aliquid de summa felicitatis vestrae decerpatur.

Pervolvite Annales Civitatis vestrae, et historia praeteritorum temporum firmissimum praebet vadimonium praefutura Vestra felicitate! Nunc eratis libera civitas imperialis, mox dominio Comitum Cliviae subjecti, ac tandem Borussiae Monarchiae incorporati, eratis continuus fortunaelusus, et holocaustum bellorum; quae Principes Vestri gerebant; horum debilitas, aut absentia eorum, et vicinitas aemularum Potentiarum fuerant primae causae infelicitatis vestrae!

Protecti clypeo invictissimi herois, cincti undique foederatis potentis, et nationibus, quem amplius dehinc metuendum habere poteris hostem? Inter tumultus belli non minus, quam in sinu almae pacis, futura sunt maenia Vestra refugium quietis, et securitas industriae, artium, et scientiarum, quemadmodum mansueti regiminis legum. Propugnacula Vestra instillabunt vobis nobilem quendam ambitionem, et ad ea vel eminus accedere, hostibus Galliae vitium esto.

Ita praeparat, ita fundat immortalis Imperatoris Vestri genius Vestram felicitatem, et quemadmodum condonatio enarratio fidelitatis Vestrae erga Principes Vestros ab enarratione adversitatum Vestrarum inseparabilis erat: ita dehinc quaevis pagina historiae Vestrae exhibebit testimonium tam fidei, ac subditalis Vestrae subjectionis, quae duo prima capita obligationum boni civis sunt, quam et publicae et privatae felicitatis Vestrae, quae sunt faustissima resuscitata sapientissimi gubernii Principis, cujus politicam, sicut militarem magnitudinem nihil amplius assequi potes, quam paternam ejusdem bonitas. — Proclamatio haec cum pompa militari in praecipuis urbis plateis publice perlecta, et tipis procusa, parietibus affixa fuit.

*Neapoli 12. Februarii.* Nocte inter 26—27. Januarii ex-cenderant ad Cannatello 600 partim Banditae, partim Angli, et adgressi sunt positionem, quam unica Centuria desulteriorum defendebat. Sed Commendans Centurio fusum hostem partim in mare praecipitavit, partim in captivitatem redegit. Porro 30. Januarii pariter una centuria desulteriorum adgressa est 4. naves tormentarias, et 2. transportuales Anglorum ad Porticello easque occuparunt. Sonitus tormentorum evocavit Messinam hostem, et una navis bellica 20 tormentorum (Brig) eis succurrere voluit; ast dum propius justo ad littus appulisset, sirtibus adhaesit, et post duarum dierum luctam semet dedere debuit.

*Ostenda 17. Februarii.* Viginti duo Galli, qui violenter per Anglos ad naves raptati erant, occuparunt navim, in qua servire cogebantur, una cum 15. militibus anglicis, qui in eadem navi fuerant, Princeps Neocomiensis ducet sorores

Principis Pius; — Et Codex Napoleonis a 1. Maii futurus est codex legum Florentiae.

*Ephemerides.*

Bella, horrida bella! Russia contra Sveciam! omnia bellorum plena; hic narrat hoc, alter illud; et quid est totum hoc misterium? — *Kikri-Kokri, Lirum Larum.* Qui habet aures audiendi, audiat; et oculos legendi, legat; sed si per 8. dies legat; et ante non fuit, die Sabbathi certo erit — A. Marschallum *Stipsits* tales eruditae pagellae jam ad Tartaros miserant; et tamen ille ridet sibi ad fornacem, et gratulatur sibi, quod heruli illi de *Sabbatho* falsum scripserint. — Sed talis non est dignus contubernio Novellistarum, quia non scit ita mentiri, ne deprehendatur. — Fur enim non suspenditur quia furatus, sed quia depraeensus est. — Ergo Domine frater, qui haec scripsisti; *fora!* et dic *Pater peccavi;* Nos sumus omnes, *salva venia,* mendaces; *cum privilegio;* — Ah! servus humillimus. — Peto veniam; Nulla regula sine exceptione. — Si Justus septies per diem cadit; tunc Novellista nunquam resurget, qui saepe in una linea vicesies mentitur. — Male nos commendasti C. Collega de et in *Neovidio* (forte melius; non video) Et quid fit? Homines, qui talia mendacia legunt, narrant illa albis, et dicunt, se in chaos *Lirum larum;* idest in *novalibus* legisse. Cur non oportet potius confiteri. Domini mei, titulis suis dignissimi! nihil novi sub sole? — Quod jam Salomon advertit.


*Biographia.*

— G. *Berlichingen* cum ferrea manu, eques generosus, educabatur apud Avunculum suum Conradum *Berlichingen*, quem A. 1495 ad comitia *Vormatiensia* secutus erat. Post haec assumpsit servitium militare apud Marchionem *Fridericum Brandeburgicum;* pugnavit cum *Bavaris* in controversiis palatinalibus, ubi manum suam sinistram jactu globi amisit, cui aliam ex ferro substituit. Cum vicinis suis continuas rixas habuit, quae eum celebrem, et formidabilem effecerunt; Servivit pariter apud Ducem *Vürtembergiae Ulricum,* Duce autem hoc Regno pulso, incidit in captivitatem foederis *Svevici,* et debuit se Anno 1522 pro 2000 fl. redimere. In bello rusticano debuit coactus horum turbulentorum Dux esse; hinc secundo in captivitate conjectus erat, ex qua non nisi, facta jurata sponsione, et statutis 10. caventibus, dimissus erat. Obiit 23. Julii 1562 Ipse scripsit historiam vitae suae, quae bene delineat mores ejus temporis.

uturus

omnia  
est to-  
rum.  
legat;  
certo  
gellae  
forna-  
o fal-  
oernio  
enda-  
quia  
scrip-  
salva  
milli-  
e. —  
quam  
Male  
(for-  
men-  
s Li-  
ortet  
nihil

edu-  
nem  
cas-  
cum  
s pa-  
misit,  
nuas  
ecec-  
cum,  
foe.  
ere.  
Dux  
qua  
bus,  
nam



s  
a  
z.  
o  
e  
o  
a  
z  
a  
e  
t  
l

opo

cipi

netu  
riun  
Fac

ego  
ut d

brev  
fuer

nas.  
quid  
*erha*  
celeb  
ditis

tia in  
Anni  
stans  
mum  
cus,

dicis  
Colle

